



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Polae In Dalmatia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

qui obiit anno M.D.LXIV. Idib. Octob. ætatis Vc.  
iò sive LVIII. cum Hierosolymis redijsset.

TERGESTAE IN  
ISTRIA.

EPITAPHIVM PVERI.

**M**E longè effigie venustiorem  
Narcisci vel Apollinis comati  
Parcarum Lachesis soror secura  
Isti Quinterinem dedit sepulcro.  
Cur non flosculus exeam requiris,  
Cum tantum fuerim puer decorus?  
Hec tellus nimis arida est viator,  
Nostræ facta perustione amoris.  
Nam terram quoque laesimus decore.  
Quod si lacrymulis tuis madescet;  
Forsan flos nouus ibit è sepulcro.

POLAE IN DAL-  
MATIA.

**V**latores, ciues optimi, vel aduenæ, siue  
bini, siue singuli inceditis, siue turmatim,  
quod magis erit gratiæ, obfirmate gres-  
sum, nec miremini, si moramini aliquantisper.  
Dicaculus equidem fui; succinctus sermo dari vo-  
bis non potest: & iugat vobiscum esse, ut iuuat  
semper, & quiui ab ore meo pendulos detinere.  
Saxum hoc vos vocat. Quid inquam? ut viuus  
affue-

**POLÆ IN DALMATIA.**

assueui, prudens, imprudens, mortuus item vot  
fallo. Nam non vos vocat, quod vacat ore. Verum  
is, quoius cinis hic latet, olim quomodo potuit,  
nunc huc vos vocari voluit, valuitque. Hæc olim  
sua voluntas volentis vos legere hoc scriptum  
(vah! quid loquor?) immò sculptum. Quām ergo  
Veritas adhuc se mecum conciliat! nam neque hic  
atramentum, vel papyrus, aut membrana vlla, sed  
malleolo & celte literatus silex, silens adhuc, qui  
hic lateat, quod ego efferre, & effari gestio.

**SERGIVS.** Polensis parasitus, histrio vestris  
stiuissimus hic cubo. Hoc vnum quidem tandem  
sponte dictum verum est. Si quis dubitat hanc ol-  
faciat humum: olet enim temetum, & florem vini  
veteris, quo satur satis viuens vixi. At si vixi vitam,  
tam vobis gratam, quam notam vrbi & orbi, noa  
minus munus à vobis impetrem, oportet. adieci  
mihi, & fauete, edictoque huic vos subscripte, &  
obsignate.

Adfuiistis, fauistis, obsignastis; video iam vos ri-  
sum dare. Sitio huius sentio: dictum volui esse.  
Quid hoc est, quod tam faciliter istuc procedit ve-  
ritas? hac profecta contagione mei sitit ipsa, &  
mihi ipsi supparasitatur, cum vltro potum inuoca-  
ta aduenit. nunc, si vrbani perhiberi vultis, & vo-  
ritati supparasitanti, & arenti meo cineri cantha-  
ro piaculum vinarium festinate; post valete. Abi-  
te in rem vestram viatores optimi: his nugis, tra-  
gicis, ambagibusque meis condonate posthumis.

**HISPANICA.**

**MISPALENSIA.**

ANT